BRUNO DE SEGNI

Oberitalien, 1. Hälfte 14. Jh.

Seite 151r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ad patrem. Vnde et phase transiens interpretatur.

Conuertimini sicut in profundum recesserunt filij israel. In die enim illa abiicient uir ydola argenti sui et ydola auri sui quæ fecerunt uobis manus uiri in peccatum. Et cadet assur in gladio non uiri et gladius non hominis uorabit eum. Et fugiet non a facie gladij et iuuenes eius uectigales erunt et fortitudo eius a timore transibit et pauebunt fugientes principes eius. Dicit dominus cuius ignis est in sion et caminus eius in ierusalem. Audisti inquit quam bonus est deus. Audisti quam fortis qui quasi leo rugiens cunctes superat inimicos. Conuertimini igitur filij israel hunc sequimini hunc timete qui in profundum erroris et amentiæ ab eo recesserunt. In die enim illa qua israel conuertetur ad dominum ydola aurum et argenti abiicentur quæ uobis manus uiri fecerunt in peccatum. Neque ipsi uiros sequentur errores. Et cadet assur et modo et nunc sed alius modo et alius tunc. Ecce modo quidem mille in cuius eccitu una nocte centum octoginta quinque milia ab angelo cecisa sunt. Tunc uero ille qui ex quo primum homini peccare fecit dei populum persequi non cessauit. Verumque uero non gladio hominis sed dei potentia fugit et perit. Vtrumque iuuenes uectigales erunt. huius quidem metu atque pauorum. Illius uero angelorum atque eorum. Qui de se ipsis quemuectigalia dabunt quoniam propter eos qos afflixerunt in tormentis semper erunt. hec dicit dominus cuius ignis est in sion et caminus eius in ierusalem. hic est autem ignis sacrificiorum et caminus caritatis. De hoc igne dominus ait. Ignem ueni mittere in terram et quam uolo ut ardeat.

Ecce cum iustitia regnabit rex et principes in iudicio precunt. Et erit uir sicut qui abscondit a uento et celat se a tempestate. Sicut riui aquarum in siti et umbra petre prominentis in terra deserta. Nunquid caligabunt oculi uidentium et aures audientium diligenter auscultabunt et cor stultorum intelliget scientiam et lingua balborum uelociter loquetur et plane. Non uocabitur ultra is qui insipiens est princeps neque fraudulentus appellabitur magnus. Vsque modo contra eos qui in egypto figerant locutus est. Nunc autem alterius narrationis principium facit atque ad christum transiens. Ecce inquit rex iustus cuius regni non erit finis cuius iustitia regnabit. Orietur enim in diebus istis iustitia. Et principes eius intelligent apli uinq aplica in iudicio ferit quoniam et nunc et ecclesiam iudicant et in ultimo die sup duodecim sedes iudicantes sedebit. Et erit uir ecclesiasticus sicut qui abscondit ua uento et celat se a tempestate. huius clementissimi regis iudicio tuus et defensus fundatus enim sup firmam petram nullum uentorum timebit incursum. Sicut riui dulcium aquarum in siti et in solis estu delectabiles sunt. Et sicut umbra petre prominentis et excelse in terra deserta ubi arbores nulle sunt gratia est et suauis ita erit dominus populo suo. Ipse enim reficit nos aqua salutiferam in tam eternam. Ipse protegit nos ne in tribulationis et angustie calore deficiamus. Ipse dat cecis uisum surdis auditum. Ipse aperuit oculos apostolorum ut scripturas intelligerent. Quia ipsi in stulti intelligunt sciam. Quia ipsi balbi plane loquentur. de quibus dicit. Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem. Non uocabitur ultra insipiens princeps neque fraudulentus magnus. In quo quales ad regimen ecclesie sint eligendi aperte monstratur.

Hanus enim stulta loquetur et cor eius faciet iniquitatem ut perficiat simulationem et loquatur ad dominum fraudulenter et uacuum faciat animam esurientis et potum sitienti auferet. Fraudulenti uasa pessima sunt. Ipse enim cogitationes concinnauit ad perdendos humiles in sermone mendacij cum loquetur iudicium. Princeps uero ea que digna sunt principe cogitabit et ipse sup duces stabit. Hec inquit iustus et principes eius re iustitia disputabunt populum recedunt et corda stultorum ad sciam conuertent. Contra uero fatuus iniquorum populus stulta loquetur dicens hic homo non est a deo qui sabbatum non custodit. Et cor eius facit iniquitatem ut perficiat simulationem. Interrogans christum si liceat dare tributum cesari an non. Vnde et subditur et loquetur ad dominum fraudulenter. Ideo enim ista dicebant ut eum uel cesari uel populi iram incurrere facerent. Iam autem esurientis uacuam faciebant et potum sitientibus auferebant quando dominum conspirantes dicebant ut si quis confiteretur ihm extra synagogam fieret. Et quando apostolis ne in eius nomine predicarent interdicebant. Sed quid multum. Omnia enim uasa fraudulenti pessima sunt. Ideo quicquid et eis haunt heresis